Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Nec obstat text. in c. 1. §. fin. de eo, qui sibi uel haered. Mascul: Loquitur enim in casu, quo quis ex proprio patrimonio feudum erigit ac moritur relicto simul filio & filia &c. dicens Vasallum id de-bere non solum à filio, sed etiam à filia recognoscere, ideo quod feudum is sic erectum fuerit ex propria patris substantia, in qua pariter filij ac filiae succedant. L. fin. C. de liber. praeter. & obid femina in feudo ex eiusmodi bonis paternis concesso parius obtineat &c. per not: Feud. in c. 1. ad fin. de eo, qui sibi uel haeredib. masculi. Vas: de feud. part. 8. n. 57.

Nec potest hoc casu argumentum sumi à Domino ad Vasallum, ut scilicet, quem admodum feuda eiusmodi ex proprio patrimonio concessa etiam à foeminis re-cognosci debent. per c. 1. in fin. de eo, qui sibi & haered. mascul. Ita quoq; in feudo ex propria Vasalli substantia erecto, non solum masculi, sed etiam foemina Jus successionis obtineant. Ratio enim differentiae satis mani-festa est, quoniam foemina etiam

Jure